

re huius bullę sine part's consensu aut satisfactione, vel aliter forma per cõmittentem data prætermiffa, nihil valebit talis absolutio, quia est contra formam commissionis. arg. c. si de vest. spoliat. & eorum, quæ ibi docent Panorm. & Dec. in c. prudentiam, §. 6. n. 9. de offic. de leg. & tradit bene Navar. in man. c. 27. num. 37. Fr. Ant. de Cordu in suo tract. de casof de cõfciencia, q. 18. vers. 2. igitur non poterit absolvere simplex sacerdos virtute istius bullę Cruciatę, etiam si habeat clausulam suprad. Si la parte consentire: ad reincidentiam, licet pars consentiat, & talis absolutio in hunc modum concepta, erit nulla: quoniam lata est contra formam sibi datam in Bulla, q̄ est ad absoluendum simpliciter; Ergo absoluendo ad reincidentiam, facit contra prædictã formã, præcipue, cū non habeat iurisdictionem ad faciendum, quod absolutus reincident in excommunicationem post certum tempus.

7 Quia hæc absolutio ad reincidentiam, facta ab habentibus potestatem est huius effectus & virtutis, quod excommunicationem in totum à principio tollat & eandem postea finito termino repetat, vt in c. vemens, el segundo, in fi. de t. s. cap. Apostolica, de except. Et ita intelligenda sunt quæ de hac absoluteione ad reincidentiam tradit Covar. d. s. 11. nu. 6.

8 Ex quo inferitur, quod si pars, ad cuius instantiam aliquis est excommunicatus per iudicẽ, dederit consensum, vt excommunicatus absoluat ad certum tempus ad reincidentiũ, & sacerdos, qui non habet iurisdictionem, virtute huius consensus & Bullę Cruciatę absoluerit simpliciter præd. excommunicatum, remanebit in totum absolutus, nec reincident in eam excommunicationem sine nouo consensu & mādato iudicis, licet pars tantum præstiterit consensum ad absoluteionem ad reincidentiam concedendam, quia virtute d. consensus absolutio fuit sortita effectum liberę & absque conditione: at vero reincidentia non habuit, nec potuit habere locũ absq; nouo mandato iudicis, Scita videtur tenendum: quod nouissime præsupponit Navar. in man. Lat. d. c. 27. n. 15. ibi: vt semel subblata iterũ incurratur, erit tamen deliberationi locus.

9 Quarto ÷ vltimo facit, quia sicut, quando in Bulla adest clausula illa, quod parte satisfacta possit sacerdos quicũq; electus absolvere poenitentẽ ab excommunicatione, etiã ad instantiã part's lata, non potest talis sacerdos absolvere ad reincidentiam parte satisfacta, vt tenet F. Domin. de Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 3. vers. præterea: ita etiã & eodẽ modo nõ poterit sacerdos absolvere ad reincidentiã, quando adest in Bulla alia clausula: Si la parte consentire, quia ratio, qua fundatur opinio Soti ad suprad. tenendum in prima clausula, satisfacta parte, eadem militat & in hac: Si la parte consentire, scilicet, quod facultas Bulla non sit amplior quã verba sonant, quia cum concedatur facultas ad absoluendum simpliciter, non potest concedi absolutio ad reincidentiam etiam parte consentiente, cum facultas sit limitata ad absoluendum simpliciter: Ergo limitatum debet parere effectum, vt subit iura vulgaria.

10 Non obstat huic meę opinioni differentia, quę potest considerari inter has duas clausulas, parte satisfacta, vel pars cõfesserit, scilicet, quod parte satisfacta nulla possit amplius reincidenti excommunicatio, vt pote soluro debito, ob quod fuit lata, at vero cum dicitur: Si la parte cõfessiere, videtur committi absolutio ad voluntatem part's, & sic quod si pars voluerit, q̄ excommunicatus absoluat ad reincidentiã possit sacerdos id facere, quia aliter non videtur posse verificari clausula illa: Si la parte cõfessiere, & sic hoc modo videbatur esse differentia inter has duas clausulas Bullę: Sed non obstat inquam, differentia hæc, quia non est iuridica, nec vera, & hoc modo ei respondeo, quod verbum

Satisfacta parte, est verbum speciale, quod non potest verificari, nisi parte contenta vel satisfacta, verbum vero: Si la parte cõfessiere, est generale, comprehendens part's satisfactionem, & etiã satisfactionem; dũ tamẽ pars absq; satisfactione consentiat dari absoluteionẽ, & potest consentire etiam, sibi non satisfacto debito, sed id potest simpliciter, vt committitur in bulla, & hoc modo verificabitur d. clausula, Si la parte cõfessiere, non vero potest consentire ad reincidentiam, nec virtute huius consensus part's ad reincidentiã, qui quodammodo cõditionalis est, potest sacerdos debitorum absolvere ad reincidentiã, quia ad hoc requiritur iurisdictione quæ deest tã in parte q̄ in sacerdote, quia quæ sibi datur in diplomate, est ad absoluendum simpliciter: Ergo si aliter fiat, nõ valet absolutio: si tamen sacerdos hoc casu simpliciter absoluerit excommunicatũ, tũc crederem valere absoluteionem, & absoluteionẽ remanere in totum ex rationibus suprad. quia cõsensus creditoris ad absoluendum ad reincidentiã non vere est cõditionalis, sed habet duo capita: Primũ, quod absoluat, & hoc habet locũ & sortitur effectũ totalis absoluteionis virtute bullę. Secundũ caput est, scilicet, quod absolutus reincident in excommunicationem post certũ tempus. At vero hoc vltimum nõ habet nec potest habere effectũ ob defectũ iurisdictionis, nisi de nouo interueniat mandatũ iudicis, *Sed in hoc subsistit, quia cõsensus part's nõ est absolutus nec simplex: sed ad reincidentiã; Ergo nec absolutio potest aliquid operari cõtra intentionẽ part's, nec ad reincidentiam ex defectũ iurisdictionis: & cũ hoc etiã ante fecidam huius operis editionem considerassem inueni postea tenere nouissime Ema. Rod. in sua vita, tom. c. 84. n. 4. & aliaud dicerem, remaneret hic absolutus in totũ contra voluntatem part's, quia reincidente nõ potest sine speciali mādato superioris.

Ex quibus videtur inferendũ, quod si creditor, ad cuius instantiam excommunicatus est debitor, præstaret consensũ ad absoluendum ad certũ tempus ad reincidentiã, & nõ alias nec alio modo, tũc quidẽ existimare potest, nõ posse virtute bullę Cruciatę sacerdotẽ sine mādato & licentiã iudicis cõcedere hæc absoluteionẽ: & si simpliciter eã concederet, nullã esse, quia pars cõfessit alias, nec alio modo, nisi ad reincidentiã; Vnde nõ poterit sacerdos aliter, ex defectũ cõsensus part's, nec illo modo absolvere ex defectũ iurisdictionis, & sic absolutio quocũq; modo fiat hoc casu per sacerdotẽ nõ habentẽ iurisdictionẽ, & absq; licentiã & mādato iudicis: salua correctione S. matris Ecclesię. Et cõsului aliquos Theologos religiosos & doctos quidem admodũ super hoc dubio in articulo & casu principali supra pposito, & fuerit eiusdẽ opinionis mecum, quod nulla sit differentia in pposito inter suprad. clausulas Bullarũ, & sic quod in vtroq; casu virtute Bullę pars nõ possit reincidentiã adicere, nec sacerdotẽ ad eã absolvere, sed & scio alios iurisperitos in idẽ cõfessisse. Et ita respondi mense Martii Ann. Dom. 1568. post huius operis primã editionem eandem opinionem nouissime tenet F. Ant. de Cordub. in suo tract. de casof de cõfciencia, quæst. 20. vbi dicit, & ita communiter practicatur, & allegat Sot. vbi supra.

S V M M A R I A.

- 1 Contribuere qua persone teneantur ad Ecclesiã pauperẽ reedificandã, vel de nouo consiciendam.
- 2 Clerici tenentur ad contributionem in opera publica, quæ sunt communia omnib. & pia, vt est refectio viarum, fontium, pontium & similia.
- 3 Laici nõ tenentur contribuere ad refectiõẽ Ecclesię, nisi in subsidium, quando clerici ipsius Ecclesię nõ haberent.
- 4 Prius debent expendi redditus ciuitatis vel ville vel oppidi, quam deueniatur ad contributionem.

- 5 Nobiles tenentur ad refectiõem Ecclesię, eo casu, quo a laici tributarij ad id teneantur.
- 6 Pecunia publica vniuersitatis potest expendi, quando non suppetunt redditus clericorum, & Ecclesiã indiget reedificatione, &c.
- 7 Ecclesiã pauper, quibus impensis hodie, attento decreto S. Concilij Trid. reedificari debeat.

Allegatio X.

Vbitatum fuit, quando ecclesiã pauper opus habet instructione & reedificatione, vel etiam quod de nouo fiat noua ecclesiã: Quæ persone debeant hoc casu contribuere ad hoc

In hac questione inuenio gl. in c. quatuor, l. 2. q. 2. in fi. dicentem: Itẽ ex omnib. his capitulis collige, laicos nõ esse compellendos ad reparationẽ fabricę sed tantũ clericos, & ibi notat Archidia. & limitat, præterquam si sit consuetudo, quod populus contribuat, quæ est laudabilis & seruanda: ad idem est text. in c. decreuimus, l. 10. q. 1. vbi dicitur, & si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatori eius reparari precipiatur, & ibi gl. intelligit, i. e. sacerdoti, si parte fabricę recepit, aliter non, sed cõferre debet cũ aliis, idẽ probat text. in c. si monach. in l. 1. gl. fi. 16. q. 1. & est text. opt. in c. 1. & in c. de his, de eccles. edific. vel repar. ex quo text. & ex Rub. illius tituli constat, idẽ esse, qn ecclesiã de nouo fieri debet: & tenent ibi Innoc. & Abb. n. 3. qui hoc intelligit non solum in beneficiato, qui habet ecclesiã parochialem, sed et in eo, qui haberet alias ecclesias vel beneficia inferiora, quia omnes tenentur contribuere, secundũ facultatem redditũ, beneficiorum, & idem, quod illa iura, probat etiam l. 11. tit. 10. p. 1. vbi dicitur: Que la Yglesia se ha de reparar por el Prelado y clerigos della, de la renta, que es de la Yglesia; nõ bastando la dicha renta, el beneficiado de la tal Yglesia es obligado aq̄star lo que faltare segũ la renta que riuuere, sacando lo que ouiere menester. Et in hac materia facit optimã distinctionẽ Abb. in d. c. 1. n. 3. & 4. vbi dicit, quod si est consuetudo, quod populus contribuat, seruetur talis consuetudo, & si ea non sit, ecclesiã reparetur ex redditib. sue fabricę, & si non habeat fabricã, vel min. sufficentem, quod clerici illius ecclesię contribuunt ex eo, quod eis supererit, deducto necessario, & si nihil supererit eis, vel quod susperit, non sufficit ad reedificandẽ, debent vltimo cõpelli parochiani huiusmodi ecclesię ad contribuendum ratione sacramentorum, q̄ in ea recipiunt & sibi ministrantur & diuinorum officiorũ q̄ ibi audiũt, quibus non poterunt renuntiare, dicentes, se ab hincolle eis vt in illa ecclesiã: Quamuis Innoc. in d. c. de his, dicit quod cñ clericis nihil superest ex redditibus suis, tenentur contribuere de bonis propriis. Sed Abb. ibi n. 4. hoc intelligit, ex bonis propriis, q̄ remanent clericis ex fructib. beneficiorũ, deducta parte fabricę, & non de bonis patrimonialib. ipsius clerici, quia de illis potest disponere prout voluerit. Et quamvis contra hoc vltimum membrum distinctionis Abb. quatenus tenet, quod parochiani tenentur contribuere in subsidium ad reedificationem ecclesię suę, videatur facere gl. in d. c. quatuor, quatenus generaliter dicit, laicos non esse cõpellendos ad reparationẽ fabricę, sed tñ clericos, & quod tradit Host. in summa, tit. de eccles. edific. n. 2. & 3. vbi dicit, quod laici nisi de consuetudine, de iure tñ non tenentur ad reparationem ecclesię. Sed opinionem & distinctionem Abb. sequitur Greg. Lop. in d. l. 11. in gl. Sacando en de: & Franciscus de Ripa primo & secundo respons. de eccles. edificand. n. 1. 2. & 3. fol. 33. opinio iudicio est vera, & secundum eam debet intelligi gl. & Hostien. vbi supra.

2 Quia clerici etiã tenentur ad contributionẽ in opera publica, quę sũt communia omnibus, & pia prout est refectio murorũ & viarum, fontium & pontiũ,

per l. ad instructionẽ, C. de Sacros. eccles. l. 1. & l. 2. tit. 3. l. 1. Noua Recop. Regiæ, l. 54. tit. 6. p. 1. & l. 20. tit. 3. part. 3. & vtrouique Greg. Lopez & Petrus Duennas in reg. 100. l. 1. tit. 16. & Didacus Perez Salmatinus in l. 1. tit. 3. l. 1. ordin. veteris, & latissime omniũ Auiles in c. 23. prat. in gloss. Den. orden: per totam, adde Mench. l. 1. controuers. vsus frequent. c. 1. n. 4. vbi distinguit, quod aut mœnia sunt seu reparantur ad ornatum ac pulcritudinem & decorem ciuitatis, & tunc non tenentur contribuere ecclesiã, nec clericus, aut vero propter certam necessitatem belli; & tũc equũ est & minime iniuriosum, & ad hoc alios allegat: Ergo ita & eodẽ modo laici parochiani tenebuntur contribuere ad reparationem & reedificationẽ ecclesię, quãdo quidẽ est causa pia, publica & cõis omnib. ad quod etiã facit, quod tradit Auiles vbi sup. n. 11. fol. 199. vbi videtur innuere, quod debet fieri ecclesiã expensis sacerdotũ ipsius ecclesię. Eãdem etiã questionem tangit Cæpol. de seru. urb. praediorũ, c. 59. nu. 22. vbi nihil decidit, sed refert loca ordinaria.

Præterea quod laici non teneantur contribuere ad refectiõem ecclesię, nisi in subsidium, qn clerici ipsius ecclesię non haberent, probatur etiã argumento sũto ex text. in c. nõ minus, & in c. aduersus, de immunit. eccles. vbi ita demũ tenentur clerici ad cõtributionem fontium, viarũ & similia, si laicorum non suppetunt facultates: Scita etiam probat d. l. 1. tit. 3. l. 1. non recop. Regiæ, ibi: A fallcimiento de propios de Concejo: Ergo idem e conuerso dicendũ est in laicis, respectu cõtributionis ad reedificandã ecclesiã, vt in subsidium tãtum teneantur, hoc est, quando clericorum ecclesię redditus ad id non sufficiunt, deducto sibi necessario.

Probatur etiã text. l. 20. tit. 3. part. 3. vbi dicitur, quod prius debent expendi redditus ciuitatis vel ville vel oppidi, quã deueniatur ad contributionem: Ergo ita etiam prius debent expendi redditus fabricę ecclesię, quam deueniatur ad contributionem.

Et qn ÷ in aliquo casu laici tenerentur ad reedificationem ecclesię contribuere iuxta supradictã, intelligeret ego, quod tenentur etiã nobiles (vulgo dicti Hidalgos) ad idẽ, sicuti ceteri homines plebei, quia hoc est opus publicũ cõe, & concernens omniũ vtilitatem & necessitatem, quo casu et contribuunt nobiles, & alias exempti, sicut plebei, imo nemo excusatur, vt probatur in d. l. Regiis cõcordãtib. cũ d. l. ad instructionẽ, iã supra relatiã: & tenet alios allegans Petrus Nunnex de Auendanno l. 2. de exsequend. mand. Regiis, c. 14. n. 19.

Et in terminis videndus est idem Auendanno l. 6. 2. de exsequend. mand. Reg. lib. 1. c. 10. nu. 29. vbi dicit, quod quando non suppetunt redditus clericorum, & ecclesiã indiget reedificatione, potest expendi pecunia publica vniuersitatis, & ea deficiente, debet perueniri ad collectionem inter vicinos, à qua neque clerici possũt excusari. Et ita clare cõstat, quod necq; nobiles (vulgo dicti, Hidalgos) debent excusari in hoc casu, quando quidem in casibus, quibus clerici non excusantur, nec etiam nobiles per supradictã, & quod dicit Auendanno, quod prius debent expendi propria ciuitatis, vel villę, vel oppidi, quam ad contributionem deueniatur, probatur etiam per dist. l. 11. & d. l. 20. licet l. illa non loquantur in reparanda ecclesiã. Et hæc de iure communi.

Hodie ÷ autem habemus sacrosãctum Concilium Tridentinum Sess. 21. in decreto de reformatione, c. 7. fol. mibi 137. vbi ita distinguitur & asseritur: Vt parochiales ecclesias Episcopi refici instruant, & que procurent, etiam si prædicta ecclesię sint iuris patronatus, ex fructibus & proueniẽtib. quibuscũq; ad easdem ecclesias quomodocũque pertinentibus, quod si non fuerint sufficientes, omnes patronos & alios, qui fructus aliquos ex dictis ecclesiis proueniẽtes percipiunt, aut in illorum defectum parochianos, omnibus remedijs opportunis, ad prædictã cogant, quacũque appellatiõis, R R R 4.

exceptione & contradictione remota. Quod si nimia egestate omnes laborent, ad matricem seu viciniores ecclesias transferantur, cum facultate, tam distas parochiales, quam alias ecclesias diruptas in profanos usus non fordidos, et sic tamen ibi cruce conuertiendi. Et sic in effectu hac distinctio S.S. Conc. concordat cum iure Canon. & per illud debet declarari meo iudicio decretum præd. dum tractat & probat, quod patroni, & alii, qui fructus ex Ecclesia percipiunt, in subsidium teneantur ad eius reparationem, deficiente fabrica ipsius ecclesie, ut hoc intelligatur, deducto necessario sibi ad suam sustentationem, ne alias non possit ecclesie seruire clericus sine alimentis. Et ita videtur sensisse S. Conc. iuxta ius Canonic. quod submitto correctioni sanctæ matris ecclesie.

Vidi ego iam litem agitari super hoc, cuius expensis deberet reedificari quædam eremitoria huius diocesis & episcopatus Placent. quæ erant destructa tempore cuiusdam clerici, qui ea auctoritate Apostolica tenebat & possidebat, & defunctus fuit. Tandem directa petitione, & libello a defensione locorum priorum huius Episcopatus contra bona defuncti & eius heredem fuerunt condemnata bona defuncti & eius heredes, ut soluerent quantitatem necessariam ad reparationem ipsorum eremitoriorum, quia fuit probatum, plures fructus percipisse dict. defunctum ex hereditatibus & fundis ipsorum. Vidi et pro reedificando alio eremitorio & ecclesia, quæ modicam fabricam & insufficientem habebat, & nullum clericum, neque parochianos, concessam fuisse licentiam ad elemosynam petendam per villas & castra circumvicina à prælato huius diocesis, & iuste quidem, quia est ecclesia antiquissima, & maxime devotionis & admodum necessaria, quia est in campo eremo, ut iter facientes & transeuntes audire possint rem diuinam, & ideo non conueniat alio transferri.

SVMARIA.

- 1 Dotis privilegium anterioritatis non transit in cessionarium, & ei præfertur secunda dos non cessa.
- 2 Hoc procedit etiam præd. privilegium expresse cedatur in instrumento.
- 3 Dotis privilegium anterioritatis non transit in heredem extraneum, & ei præfertur secunda dos.
- 4 Hoc fallit, præterquam si pro prima dote adsit hypotheca expressa.
- 5 Hypotheca posterior expressa dotis, an præferatur expressæ priori non privilegiata?
- 6 Dominium rerum dotalium transit ipso iure soluto matrimonium in mulierem.
- 7 L. 4. tit. 2. lib. 5. ordin. Nou. Recop. Reg. declaratur.
- 8 Testes domestici, & consanguinei, & alii inhabiles ad testificandum, quo casu sint idonei & plene probent?
- 9 Serui responsio credendum est, quando aliter veritas sciri non potest.
- 10 Ad probandum a tatem alicuius, eius parentes sunt idonei testes.
- 11 Testes inhabiles ut fidem faciant, quid requiratur, & quo casu id locum habeat?
- 12 Quando cum uno teste inhabili concurrat alter fide dignus & valde probatus, isti duo plenam fidem faciunt?
- 13 Tres testes domestici, vel consanguinei faciunt plenam fidem in rebus parui præiudicii.
- 14 Renuntiatio mariti dotis causa, & non numerata, vel transcursum temporis opponenda ipsius exceptionis præiudicat non tantum ipsi marito, sed et eius creditoribus.
- 15 Maritus presumitur recepisse dotem, eo quod aliter uxorem toto tempore, quo durauit matrimonium.
- 16 Maritus propter non solutam dotem potest uxorem de domo expellere.
- 17 Confessor recepta dotis constante matrimonio facta, non presumitur simulata, quando processit promissio dotis.

Visus processu dominæ T. in eius fauore resultat sequentia. Primo, quod licet dos tertie oppositoris sit secunda, præfertur tamen primæ dote quæ prima dos prætenditur & petitur titulo cessionis factæ auctori per heredem extraneum primæ uxoris defuncti, quo casu, h. e. in cessionariâ non transit privilegium dotis anterioritatis, & ei præfertur secunda dos, quouscunque eam petit & repetit mulier, cui fuit promissa & data: ita tenet Bar. in l. post dotem, n. 35. ff. sol. mat. & optime alios allegans Bal. Nouel. in tract. de dote, in 10. par. prim. n. 24. & Traq. de vtroq. retractu, tit. de retractu limitat. n. 26. gl. 1. nu. 78. fol. 109. tenet etiam alios allegans Ant. de Fano in tract. de pign. 2. par. 2. memb. n. 107. fol. 45. & segg. domin. meus Ant. de Padilla in auth. res qua. n. 107. C. communia de leg. Ex quibus constat, hoc proculdubio verum esse, quando cessio est ad commodum cessionarii & non mulieris, cuius est dos, ut in nostro casu, vel quando cessio fieret absque necessitate, quæ ad id compelleret, sicut etiam in nostro casu factum fuit nulla cogente necessitate, sed voluntarie fuit facta cessio.

Quod adeo verum est, ut etiam in mandato aditionum in rem propriam expresse cederetur privilegium anterioritatis dotis, adhuc non transiret in cessionarium, quia privilegium hoc personale est & non transit ad alios, quam in ipsam mulierem & filios illius matrimonii, secundum Dd. supra dictos.

Ultra hoc cedens fuit heres extraneus mulieris, cui data fuit prima dos, quia ipsa mulier instituit ipsum in suo testamento heredem, quo casu et dos amittit privilegium anterioritatis, quibus habeat ratam hypothecam, & ei præfertur secunda dos, ut probatur in l. vnic. C. de prim. dotis, cuius verba sunt hæc. Scire debet, privilegium dotis, quo mulieres utuntur in actione de dote, ad heredem non transire, per quem text. ita tenet in terminis Bar. in l. 1. n. 1. & 2. ff. sol. matr. & ibi Rip. n. 32. testatur esse communem opin. sequitur etiam Greg. Lop. in l. 22. in gl. Asus huius, tit. 1. p. 5. testatur communem plures referens Ant. Gom. in l. 53. Taur. nu. 45. ultra quem tenet optime Bald. Nou. ubi supra, nu. 28. & sic ex supra dictis constat, duabus rationibus necessario præferendam esse secundam dorem primæ, quod est singulare.

Verum hoc procedit, quoties pro prima dote non est expressa hypotheca, sicut in nostro casu, quia non reperitur expressa hypotheca pro prima dote, quia si adest hypotheca expressa anterior pro quocunque debito, et non privilegiato præteriri debet dote posteriori, ut tenent gl. in l. assiduis, verb. licet anterioris sint, ibi, tu dic tertio, C. qui pot. in pign. hab. quæ opinio communiter tenetur & præfertur secund. Bal. Nou. de dote, in 10. p. in princ. nu. 1. & 2. vbi dicit, quod multi tenent contrarium, & late disputat, & gl. illa est communiter approbata secund. Iaf. in l. 1. ff. sol. mat. in 2. lect. quæ est fol. 12. n. dicit magis eodem plures referens contra Mart. Ant. Gom. in l. 53. Taur. n. 39. vbi dicit esse approbatam in l. 33. tit. 13. par. 5. & ibi notat Greg. Lop. in gl. Entonce.

Sed an fidem sit dicendum, Quouscunque mulier expressa quæ, sed posteriori hypotheca habeat, an sit præferenda priori expressæ? Et Ang. quidem in auth. de aqualit. dot. 8. his consequenter tenet, hoc casu præferri posteriori expressam hypothecam dotis priori expresse non privilegiam, quam opinionem dicitur sequutum Salyc. in d. l. assiduis, in princ. 3. & Bal. Nou. de dot. in 10. p. prim. 16. limit. n. 36. Sed contrarium, imo quod prior expressa præferatur, tenet Salyc. vbi supra, quia non bene allegatur per Dd. pro prima opinione: contrarium et tenet idem Bal. Nouel. sibi met. contrarius, vbi supra, n. 2. & hec est magis communis opinio, secund. Iaf. vbi supra, n. 1. qui in tota illa l. latissime pro & contra examinat, & in neutra se affirmat, dicit et communem & magis communem Ant. de Fa-

de Fano de pig. 4. m. l. x. p. n. 100. & 101. fol. 44. vbi dicit, gl. illa suprad. in d. l. assiduis, hoc tenere, sed gl. illa recte in spectu loquitur, quoniam mulier habet tacitam, nos vero quoniam expressa, & ibi examinat late, & hæc secundam tenet satisfaciens fudamētis contrariæ partis adductis per Iaf. vbi supra, quæ & omnes suprad. refert, necessarium tamen fuit hic eos referre propter faciliorem expeditionem & intellectum: hanc etiam opin. dicit communem & tenendam recte defendens Alciat. in d. l. 1. n. 17. & 18. vbi tenet eum Bal. Nou. ubi supra, n. 2. & alios quos refert, quod saltim in bonis que sitis post obligationem mulieris exemplo fisci præferatur ipsa mulier, contra gl. suprad. in vers. sed forte contra est, quam etiam opin. contra gl. illam & cum alijs tenet Greg. Lop. in d. l. 33. in gl. Entonce. vbi inquit, satis probari in illa l. dum æquiparatur fisco & mulierem, licet Ant. Gom. d. n. 39. in fin. simpliciter reprobet, vbi n. 40. sequitur communem opinionem supradictam aliquos supradictorum referens, sed non omnes, neque dicit communem.

6 Vltimus fuit allegatus, quod dominum meum dotalium, soluto matrimonio, transit ipso iure in mulierem, de hoc est text. expressus in l. in reb. cum materia, C. de iur. dot. vbi dicitur ut procedere, siue res immobiles sint, siue mobiles, siue estimatae, siue non, & quod creditores anteriores mariti nullum jus ad illa bona habent ampliatum, quod prima dos habeat omnia iuris privilegia possit aliquid prætere de circa hæc bona secundi matrimonii, ut probat expresse l. 33. tit. 13. p. 5. v. Mas si en los bienes.

7 Fuit etiam allegatum in fauore d. T. quod l. 52. Taur. quæ hodie l. 4. tit. 2. lib. 5. ordin. Noui Recop. Regiæ, habeat etiam locum in donis, quæ spoliis donat spoliæ tempore, quæ voluit velari, antequam velatur, hoc constat ex d. l. Regiæ, ibi: Que la muger, y sus herederos ganen todo lo que seyendo desposados le ouo el esposo dado: quia clarum est, quod dicitur, & sunt despoliati, quo usque velatur, ite probatur hæc opin. in d. l. alia consideratione, quia in casu illius l. Regiæ nulla distinctio fit illius temporis, quo sunt despoliati, antequam velatur, sed tamen fit distinctio respectu cõsumationis matrimonij: Vnde datur quodcunque; eo tempore, quo sunt despoliati, siue à principio, siue in medio, siue ad finem, dum tamen non sunt velati, debet regulari & iudicari secund. distinctionem d. l. Reg. & ita bene fundas tenet Ant. Gõ. in d. l. 52. Taur. n. 5. eandem etiam opin. tenet & seq. Auen. c. 15. prætor. n. 6. & ita videtur tenendum, licet Greg. Lop. in l. 23. gl. si. tit. 1. p. 4. dubitet de hac opin. inclinans potius in partem contrariam, quia ponderationes d. l. suprad. vrgentes admodum sunt.

8 Præterea, & quinto fuit dictum & allegatum, quod testes quibus d. domina probauit receptionem & estimationem rerum dotalium, h. e. ad axuar. vulgo dictum, licet sint domestici & consanguinei, sunt idonei testes & sufficientes, & plene probant, quia domestici, & familiares, & alii inhabiles ad testificandum bene probant & sunt idonei testes de facto, vel delicto tali loco vel tempore commisso, ut domi, quo verisimiliter non potest copia testium haberi, nec veritas per alios sciri, ut per plura iura & Dd. concludit Ant. Gõ. in 3. to. var. c. 12. de probat. delict. n. 21. & Did. Per. in l. 8. tit. 15. lib. 2. ordin. col. 595. & loquens in minore, idem tenet Iaf. plures allegans in l. 4. §. si tibi ob indicium, nu. 4. ff. de condit. ob turp. caus. & idem Iaf. in l. si. n. 6. C. de his, quibus ut indign.

9 Et quoniam aliter veritas sciri non potest, serui responsio credendum est, ut in l. serui responsio, ff. de testib. de quo vltimo videndum est Greg. Lop. in l. 13. tit. 16. p. 1. in gl. Torment. Ergo cum receptio & taxatio similium rerum dotalium, h. e. de axuar. communiter soleat fieri in domo, & per consanguineos mulieris, & coram domesticis, verisimiliter non ita bene per alios hoc sciri potest, nisi per suprad.

10 Et ita videmus, quod ad probandam ætatem ali-

cujus, eius parentes sunt idonei testes, quia verisimiliter alij extranei non ita bene possunt scire nec ejus meminisse, ut in l. 4. tit. 16. part. 3.

Nec obstat, si dicatur, quod suprad. proxime opinio Dd. debeat intelligi, quotiescunque ex natura actus, qui venit probandos, alij testes haberi non possunt habitu nec actu, ut in coniuratione vel conpiratione, heresi & similib. quorum delictorum ea est natura, ut semper soleant clam & in abscondito perpetrari, ne possint probari, quo casu optime statutum est, quod testes minus idonei & alii inhabiles admittantur & fide faciatur, sed quando in potentia potuissent alij testes interuenire, ut in homicidio, violentia, iniuria & similib. quæ de sui natura etiam non clam fieri solent, licet in actu non interuenerint, nisi minus idonei & inhabiles, non reputantur huiusmodi testes idonei nec integram fidem faciunt, ut tenet alios allegans Bernard. Diaz de Lugo in reg. 759. & Iaf. in d. l. final. n. 6. & segg. C. de his quibus ut indign. & Hippol. conf. 50. n. 10. & conf. 127. numer. 7. & 15. & idem in practico. crim. §. diligenter, n. 30. & Auend. lib. 1. c. 2. prætor. n. 16. Ergo cum in nostro casu actus traditionis rerum dotalium, & ipsarum estimationis sit actus, qui de sui natura potest in habitu fieri & celebrari, imò sæpe fit coram testibus alijs, quam domesticis & consanguineis, licet communis & frequentius soleat fieri coram dictis domesticis & consanguineis, non sunt idonei testes, nec fide digni domestici & consanguinei, quos produxit dicta domina.

Nō obstat, in quâ hoc, quia respōdeo, quod licet hoc ita verum sit & iudicium, tamen in nostro casu cum præd. testibus, concurrat vnus alius testis fide dignus, & valde probatæ fidei & auctoritatis, & quouscunque; cum vnq. teste inhabili & minus idoneo concurrat alter testis fide dignus & valde probatus, isti duo simul iudici & contestes faciunt plenam & integram fidem & probationem, quia magna fides vnus supplet defectum alterius ita tenet Iaf. in l. si constante, n. 43. ff. sol. matr. & Alex. in l. sape, nu. 71. ff. de re iud. & Ant. Gom. ubi supra, d. 3. tom. c. 12. n. 21. vbi ad hoc allegat Bald. & Hippolyt.

Maxime quod in præsentia causa ultra consanguineos sunt alij testes contestes, qui non sunt consanguinei, & tres, vel plures domestici vel consanguinei faciunt integram fidem, ut tradit Iaf. in l. prætor. ait. §. cogentur à n. 2. vsque ad n. 12. ff. de eden. & Ber. Diaz. de Lugo in reg. 746. limit. 19. & alij plures, & licet hoc intelligatur in causa ciuili parui præiudicii, secund. Iaf. vbi supra, tamen in proposito ad sunt alij testes extranei.

Sexto tamen hac causa fuit allegatum, quod renuntiatio mariti, dote cautè non numerata, vel transcursum temporis à iure dati ad opponendam hæc exceptionem non numeratæ dotis, quo casu non fuit renuntiata, præiudicat non tamen marito, sed et creditoribus suis, hoc probatur ex l. si cui, C. de non n. pecun. vbi probatur, quod creditores debitoris, qui non opposuit exceptionem non numeratæ pecuniæ aduersus alium creditorem, possunt ea vti, dum tamen intra statuta tempora id faciant. Ergo elapso tempore non poterunt, per quæ text. loquens in exceptione non numeratæ pecuniæ, hanc opinionem tenet plures referens Ant. Gom. in l. 45. Taur. nu. 86. dicens, huc esse veriorum intellectum illius l. & Roder. Suar. in repet. l. post rem iudicatam, in 2. limit. ad l. Regiam, n. 5. fol. 296. ff. de re iudic. & in exceptione dotis non numeratæ tenet hanc opinionem, dicens communem Bal. Nou. in tractatu de dot. in parte princ. n. 11. & 12. & communem etiam testatur Ant. Gom. in l. 53. Taur. nu. 52. testatur et communem, & in practica obseruari plures referens Tiraq. de vtroque retractu, tit. 1. §. 1. gl. 18. n. 88. fol. 121. & est etiam communis secundum Couar. lib. 1. var. resol. c. 7. n. 6. vers. de creditoribus fol. 36. col. 3. vbi refert plures tenentes contrarium, & ponit corcordiam, sequitur etiam plures allegans Matth. de Affl. decis. 2. cap. 402. n. 11.